



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.LX. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

*Iacobus de Heria Bo  
norum Ac  
rum Epis.*

exempla paupertatis & nuditatis pone sequutus. Ejusmodi hoc ipso tempore etiam Illustrissimus & Reverendissimus P. F. Jacobus de Heria fuit; S. Martini in Urbe Compostellana Monachus

Vir & ipse omni eruditione omnium Virtute conspicuus, qui cum in ejusdem Urbis Academia diu primariam in facultate Theologica Cathedram obtinisset, in Novam Hispaniam ad Iudos prefectus, & Bonorum Aerum renunciatus

Episcopus, Apostolicā non solum prædicatione, sed virā maximē perfectio- nis exemplo Iodos ad veri luminis ag- gunctionem deduxit & mereri in omni vita de omnibus studuit. Claruit eodem tempore ex eodem S. Martini Monasterio, propter egregia animi, & ingenij talenta, nec non ob absoluissimā per- fectionis notas, amplissimā & sanctissimā Congregationis Generalis assumptionis Illustrissimus & Reverendissimus

Dominus P. F. Gregorius Parcerro, inde ad Episcopatum Gerundensem, ac demū ad Tortosensem in Gotholamia promotus, cuius nemo satis sufficiat laudes explicare. Verè lucerna super

Candelabrum posita, non minus splen- doribus Sanctorum, quam mira erudi- tions eluceat. *De quo R. P. F. Franci-*

*scus de Argaer S. Turibij Asecta.* Nec minor in omnibus fama BENEDI-CTI RE-

DIVI gloriā auget JLL. mū & Rev. mū

P. F. Bernardus de Ontiveros Sancti Do- minici de Silos Monachus, qui cum in Academijs Hyrachensi & Ovetensi, plu- rimis annis sacram Theologiam summa cum laude & gratia publicè professus esset, & triginta annorum spatio in Ca- thedris illis se se præstantissimē exer- cuisset, primò Abbas Sancti Vincentij Ovetensis, in Generali Capitulo designatus, inde Generalis totius Congrega- tionis consalutatus, mirificè Ordinem universum demeruit, cuius ornamen- tum revera singulare extitit. Demum

ex Abbatte Sancti Martini in Curia Re- gia, hoc ipso anno millesimo sexcen- tesimo quinquagesimo nono à Philip- po IV. Hispaniarum & Indianarum Rege Catholico Episcopus Calagurritanus creatus, uti in omni alio munere omnibus admirabilem & venerabilem se se comprobavit, ita nunc quoque & deinceps omnium percussore oculos & animos pergit, uti antea speculum Virtutis omnium Monachorum, ita nunc perfectissimorum Episcoporum.

Celebratur hoc ipso anno mirificè Reverendissimus Dominus P. F. Jaco- bus de Silva S. Joannis Burgensis Mo- nachus, de quo Franciscus de Argaer, in Theologia sacra, inquit, Scholastica & Expositiva atque Morali, nominatis- simus, vivacitate ingenij, ac dicendi fa- cundia abundantissimè prædictus, qui Nostræ Congregationis Præfector pa- storis vigilansimè numeros comple- &c.

JESU CHRISTI ANNUS. M.DC.LX.

*Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXX.*

**N**ec possumus quin ex Germania etiam nostra, & tanta tamque pià omniū Reformationis æmulatio- ne & contentione, unum ex sexcentis Virū Religiosum BENEDICTO RE- DIVIVO connitentem in mediū pro- ducamus. Placet ex ijs quos novi & fa- miliarius merui Amicos, & alloquio quotidiano, & litterario commercio, ē quibus s. hoc anno deploravi defunctū admodum Reverendum Patrem Seraphinum Kirchmayer Styro-Garstensis, in Superiore Austria ad Anassum Ascetam & Priorem dignissimum. Referi- mus alienis verbis, nequid Amicitiae dedisse videamur. Ita de morte ejusdem informata Austria: Monasteria sunt:

*Nisi hominum exuvias his litteris cir-  
cumferremus, posset aliquis arbitrii ex vi-  
ta, & nomine, Angelum esse mortuum. Fuit  
ille, heu ille, Pater Seraphinus Kirchmayer!* Admittite confederati, si brevi eloquio pīs Manibus parentaverimus. Quicunque no- vit, virum optimum dolebit & virtutem se- peliri. Exacta vita istud est compendium. Vite com-

*A puero Lutheri dogma sequutus, Turispru-  
pendium.*

*A*pud Sectarios operam locavit. Le- gis peritus quidem, sed ex ipsis, utpote qui ab aeternā lege toto celo exorbitaverit, do- nec Coloniae Agrippine Ecclesia Catholice gremio exciperetur. Mox d' conversione stri- Elius Carmelitarum Institutum animo vol- verat, sed eum non nisi triennio post abju- ratam Hæresim admisissent: itaque rebus suis consilium poposcit à viro probate sanctimo- nia illius Ordinis, qui lecto in hunc finem Missa Sacrificio, motus arcano impulsu sua- ferat, Austriam repeteret, quamquam ibi- dem impetuissimè deserviret Hæresis, ponendū iamē supra candelabrum ut liceret pluribus. Quād felici successu paruerit, Felix in lucrandis Ecclesia Hæreticis.

*Quād felici successu paruerit,  
quosque fructus fecerit convertendis Hæ-  
reticis, hic recensere longum foret. Monas-  
terium nostrum ingressus (Steyr-Garsten)*

*Jacobus de  
Silva vir  
valde do-  
ctus.*

*P. Seraphi-  
nus Kirch-  
mayer.*

Q q

non

## BENEDICTUS

230

non nisi Corveri Latici nomine voluit suscipi, & grē tandem persuasus, ut sacris iniitatur. Deinceps triginta aliquot Noviiorum Magister, penē omnium Spiritualis Pater fuit; solerissimus Religiosa discipline Zelotes. Nulli culcitur (faidam morbum exceptio) nisi stramine indormiit. hispido cito etiam in itinere, semper usus, & questus nonnunquam, ubi fidentius loquebatur, hoc

*Vir verè pilo non satis hirto esse. Temperantiam adeo innocens.* coluit, ut nemo recordetur, ipsum vel modicē excessisse. Dignum forsitan fuerit, istud inserere, quod Confessario ad mortem compotus dixerat: Per DEI gratiam à tempore, quo fidem Orthodoxam amplectebatur (anxi quadraginta & unus sunt) non meminisse mortalis nox a se commisit. Mirum est, balbutientem cetera linquam, nec in uno apice hisce quoties ē Cathedra verba fecit. Flagrantissimè cupivit in Sabbatho mori; obtinuit id XXVIII. Augusti, die S. Augustino sacrā, cui Conversionis sua primas adscriperat; nempe, quem Doctorem

*Facundus habuit in via, ductorem fortissimū est in pacificatione triam. Nunc anno etatis LXV. professionis*

tor.

XXXIII. Sacerdotij XXXII, ultimum septennium meritorius Prior, occidit, credo, ut novū fidus oriretur mortalibus, quod mors extingue rata, emanxit tantum, mucus facet in tumulo. Dedimus ex Monasterio Garsenſi Cal. Oſt. M.D.CLX.

*Jmplexus splendoribus eruditio-*  
*& vitæ integrioris Hispanias universas*  
*rarum sæculi nostri ornamentum Il-*  
*lustrissimus & Reverendissimus Do-*  
*minus P. F. Jldephonsus de Sancto Vi-*  
*à S. Vito-*  
*ctor ex Monacho Sancti Joannis Bur-*  
*genfis, Regius primum Concionator*  
*facundissimus pro miraculo suæ ætatis*

*habitus, author insignis illius Operis,*  
*quod Titulo Solis Occidentis (Sol deel*  
*Occidente) inscripsit, in quo Archidu-*  
*cem Monachorum Benedictum mirifice*  
*illustravit, & Regulam ejusdem celebavit;*  
*sed & alia præstantissimi ingeniū monimenta composita. Fuit de-*  
*inceps ad varias promoto dignitates,*  
*Almeriensis primum electus Episco-*  
*pus, inde ad Aurensem in Galicia Pon-*  
*tificatum promotus; hoc denique anno*  
*ad Zamorensem electus, ubi vis talis,*  
*quem omnes merito ament, suspiciant*  
*ac venerantur. Ex Francisco de Argaez,*

*Jaspardus Asceta S. Turibij de Lievana.*  
*de Winc.* Moritur hoc eodem anno morte  
*Abb. S.* justorum Jaspardus de Winc, Abbas S.  
*Dionysij.* Dionysij in Hasbania splendidissimum

Germaniae Inferioris Sydus, meritissimus Reformationis Belgicæ Auctor, promotor & propugnator, BENEDICTI REDIVIVI multis in locis resuscitator; generosissimus infinitarum injuriarum & calumniarum Triumphantor; qui Apostolico Benedictini resuscitandi Spiritus zelo accensissimus, & ob hunc ipsum, irreformatis exosifimus, gaudens pro nomine & honore sui Sanctissimi Patris contumelias pati, diversis in locis, ubi Abbatem egit, per multas & magnas tribulationes ad expulsionem usque exagitatus, sibi constans semper, & in fracto ac bilari animo omnia sufferens, ipsa patientia rosas germinante & colligente, implorata denique Dei para ope Victor omnium extitit, & contumaciam flexit. Vir fuit præcipua humilitatis, modestiae & pietatis, qui demum in Affligiemensi se condens Cenobio, vita finem in orationibus & pijs exercitijs expectavit, meruitque felicissimum octuagenario major, haud minora Martyribus premia consequutus, interque Illustrissimos Ordinis nostri & Germaniae viros merito celebrandus. Ex diversorum Cenobiorum Monimentis.

Moritur hoc ipso etiam anno Petrus Nivellius noster Lucionensis sive Luxonensis in Gallia sub Archidioecesi Burdegalensi Episcopus, cum sedi illi utiliter & præclarè præstisset. Extinguitur eodem anno Venerabilis Domina Anna Benedicta de Tork Transvaicensis celeberrimi Benedictinarum Virginum Monasterij post sanctæ memorie Helenam de Fürstenberg Priorissa, digna qua inter illustriora nostri Ordinis lumina celebretur. Helena per omnia æmula, Reformationis Monachicæ promotrix mirifica, exemplar Humilitatis, & Virtutū omnium incomparabile, ita ut viris perfectis summa admiratione esset. Die vicesima quarta Januarij hoc anno plena meritorū, ad præmia æterna evocata. Ex Monim. ejusdem Cenobij & Abbatissarum Catalogo nobis communicato.

JESU CHRISTI ANNU S.M.DC.LXI. Raro no-

Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXXI.

M E MORABILI BENEDICTI

verè in suis, & hoc sæculo nostro REDIVIVI argumento & exemplo;

cum à multis sæculis, ejusdem Mag-

ni

Deinde  
ope unius  
difficultatu  
superata.

Petrus Ni-  
velli Lu-  
cionensis  
Episc.

Obiit Ben-  
dictus de  
Tork Pri-  
orissa.

Sancti Patris

Benedicti

exempla

plurima

Benedicti

funda-

tur Ceno-

bia.